Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift



112.

omis tene sententia quam ipsa apud te unitate habere cognoscis. Sane
quod inte est durum quam plerique non expedit innotescere omnibus omnia
que nos sciamus de nobis. atque ipsa unitatis caritate & caritatis unitate uela
mur palam fieri uelle quod noceat agnoscenti. Aliquin si puato amore
tui tentus detines partem inter te iudicium ueritatis inclusum. cui dubium est
minus te ueritate diligere. cui propium preferis tuum comodum ut honorem. Videsque
non esse id ipsum homine de seipso natum iam sape unitatis lumine
redarguum. & humilibus sponte esse sentire munere caritatis adiutum. Si
lud enim necessitatis est hoc uoluntatis. Semetipsum exinaniuit inquit
formam serui accipiens. & formam humilitatis tradens. Ipse se exina
niuit ipse se humiliauit non necessitate iudicii. sed nostri caritate.
Potest nimirum se uile & contemptibile demonstrare. sed plane non repu
tare quem sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit & non iudi
cio. qui tale se obtulit quale esse nesciuit. magis autem placuit mini
mum reputari qui se summum non ignorabat. Denique ait. Discite
a me quia mitis sum & humilis corde. Corde dico cordis affec
tu. i. uoluntate. Itaque necessitate exclusit qui uoluntate cessisse
est. Non enim quomodo ego ut tu inuenimus nos in unitate dignos
dedecore & contemptu. dignos omni extremitate & infirmitate.
dignos etiam supplicius. dignos plagis. non inquam ita ille. Que tam
omnia expuit et. quia uoluit tamque humilis corde humilis uidet
illa humilitate quam cordis suasit affectio. non quam extorsit discus
sio unitatis. Propterea dicit hanc uoluntarie humilitatis speciem non
redarguitione unitatis. sed caritatis inter nos effusione creari. quae cordis
est. quia affectionis. quae uoluntatis. an ut recte tu iudica. Itemque etiam
hoc tuo eque examinet iudicio. digne, ne tamen dino assignari quam
caritate constat exinanitum. caritate minoratum ab anglis. caritate pa
rentibus subditum. caritate baptiste manibus inclinatum. caritate carnis
infirma passum. caritate postremo morti obnoxium. cruce in gloriam
exiuisse. Sed & hoc unum ad huc tui sit considerare arbitrii rectene
etiam hanc ipsam humilitatem. ita caritate calentem. herba humili
& calida. i. nardo pistacium designatam. Et si ita cuncta probauis.

.xv.